



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 33. Canonisatio S. Francisci de Paula

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

non possumus, semper peccamus. IX. Vir-Sæcul. XVI.  
 tutes morales sunt peccata, Et errores in A.C. 1519.  
 peccatoribus. X. Animæ in Purgatorio si-  
 ne intermissione peccant. Præter has Lo-  
 vaniensis Universitas alias adhuc nume-  
 ro viginti duas damnavit. Lutherus mox  
 contra hasce censuras calamum strinxit,  
 ac stylo vere acerrimo eas confuta-  
 vit, utrique Universitati temeritatis no-  
 tam inurens, eoquod ipsæ præprimis  
 non expectato Papæ iudicio, ad quem  
 tamen totum negotium esset devolutum,  
 illius scripta damnare præsumpsissent.

## §. XXXIII.

*Canonisatio S. Francisci de Paula.*

Jam bimestre & amplius effluxerat, ex  
 quo Leo X. Papa B. Franciscum de  
 Paula FF. Minorum Institutorem inter  
 Beatos ritu solemniter adnumeravit; cum  
 enim per ejus merita Deus quam plurima  
 operatus esset miracula, ac indies eorum  
 plurima, eaque admodum insignia pa-  
 traret, vox populi jam dudum, prius-  
 quam publico Ecclesiæ oraculo Sancto-  
 rum honores Francisco decernerentur,  
 eundem Sanctis aggregatum proclama-  
 bat. Hinc anno millesimo quingentesimo  
 decimo tertio in Beatorum numerum re-  
 ferebatur, hoc autem anno Leo X. con-  
 secratæ immortalitatis honores perfectu-  
 rus,

Sæcul. XVI rus, eundem Sanctorum albo inseruit,  
A. C. 1519. ejusque festivitatem secunda Aprilis, quæ  
 obitus sui dies erat, celebrandam indi-  
 xit. Agebantur ingenti prorsus pompa  
 Canonisationis solemnia hoc anno die  
 prima Maji.

## §. XXXIV.

*Electio Cæsaris Francofordiæ facta.*

*Guic. l. 13.* Interea S. R. I. Electores diuturniorem,  
*Bellefor. l. 5.* quam Francofordiæ re infecta trahe-  
*c. 29.* bant, moram pertæsi animo constitue-  
*Apud Schar.* bant, quod in electionis negotio neutrius  
*oper. hist. t. 2.* ad Imperii coronam adspirantis rationi-  
*Es 3. Rev.* bus aurem amplius accommodare, sed  
*Germ. Fröh.* ambos Carolum Hispaniæ, & Franci-  
 scum I. Galliarum Reges, utpote extra-  
 neos inde excludere velint.

## §. XXXV.

*Imperium Electori Saxonico oblatum,  
 atque ab eo recusatum.*

*Schleid. in* **C**omuni igitur suffragio ex natione  
*comm. de sta-* Germanica, atque Electorali Colle-  
*tu Relig. Es* gio Principem eligere decernebant; qua-  
*Rep. l. 1. p.* propter Friderico Saxonizæ Electori, qui  
*29.* ob præclara merita, prudentiam, cete-  
 rasque animi dotes *Sapiens* cognomina-  
 batur, Cæsaream coronam offerebant.  
 Hic tantam dignitatem hæud temere re-  
 cusan-